

NvK an Johann von Eych, B. von Eichstätt. Er schildert die Vorfälle von Bruneck und die Gefangenennahme durch Herzog Sigismund. Bisher habe er dessen Verurteilung hinauszögern können, jedoch müsse der Herzog die Rechte der Brixner Kirche wieder herstellen. Im Moment sei NvK nur dem Namen nach Bischof, die Regierung übe jedoch der Herzog durch das Domkapitel aus. Das Unrecht, das B. Johann und NvK gleichzeitig erlitten haben, führt ihn zu einem tieferen, sehr persönlichen Nachdenken über das Bischofsamt. Insbesondere solle ein Bischof nicht versuchen, die Besitztümer seiner Kirche zu mehren und Schätze anzuhäufen, sondern Überschüsse den Armen spenden und sich den pastoralen Aufgaben widmen.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 145^r-146^r.¹⁾

Deutsche Übersetzung: Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 393-396.

Regest: Agethen, *Apographa epistolarum* 127 Nr. 325.

Erw.: Jäger, Streit II 60-62; Joachimsohn, Gregor Heimb erg 18; Vansteenberghe, Cardinal 199; Meuthen, *Die letzten Jahre* 57, 94; Meuthen, *Neue Schlaglichter* 48f.; Meuthen, *Wittelsbacher* 110; Meuthen, *Skizze einer Biographie* 109; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 393; Hallauer, Bruneck 396 (ND 2002, 173f.); Hallauer, *Bischof und Landesfürst* 30f. (ND 2002, 31f.); Schneider, *Dialog der Religionen* 137f.; Brösch, *Testament* 46; Helmuth, NvK in Rom 168.

Rev^{de} in Christo pater et domine carissime. Post mille et cordiales salutes. Vidi, que michi r. p. v. dignata est scribere, primo michi compaciendo, secundo rem, que circa p. v. gesta est, enarrando²⁾ et quod relacionem s. d. n. faciam, cui, cum sit in balneis³⁾, litteram legendam transmisi. Ytalici, cum maledicunt: „malum annum et mala paschua“; videtur, quod malum Pascha passi simus, ad correctionem spero et salutem.

Die Pasche (13. April 1460) in aurora per familiam ducis Sigismundi diffidatus circumvallatusque simul fui, non obstante dupli salvo ducto et promissionibus indempnitatis etc.⁴⁾ Lune post Pascha (14. April) opidum Brünnegk se dedit duci et sibi iuravit. Martis (15. April) dux primo me diffidavit. Requisivi, ne infra mensem aliquid attemptaret⁵⁾, sed nec per horam quievit. Demum concordia tractata et proclamata, sed non servata.⁶⁾ Dum me putarem liberum, bona fide ego et castrum ad manus ducis perductus, pluribus diebus sic detentus, exaccionatus sum et ecclesia oppressa. Id, quod ego facere recusavi, capitulum non tamen per me vocatum fecit. Preter spem demum liber dimissus, veni ad curiam, ubi reperi s. d. n. et sacrum collegium animosissimos pro vindicando iniuriam. Insteti, ut non festinarent, sed viderent, si dux vellet meam ecclesiam reponere, uti erat in vigilia Pasche (12. April). Et tenui talibus swasionibus processum hucusque; tamen non video, quin fiat declaracio penarum iuris contra ducem, cui servabo promissa, si voluerit sequi consilium et ea facere circa restitucionem, que necessaria sunt, quemadmodum ore sibi dixi ante recessum et in scriptis intimavi.⁷⁾

D. imperator concurrit cum illa sentencia, quod omnia restituat.⁸⁾ Papa, sciens ducem in hoc casu graviter lesisse ecclesiam Romanam et honorem suum (certificaverat enim dux papam parum ante, quod unionem ad dies vite michi servaret, in qua ponitur, quod ipse me et ecclesiam meam defendet etc.⁹⁾), est valde animosus contra ipsum, sciens, quod cum honorem suum defendere non poterit, quod non habebit in rebellione sua defensores. Omnia hec nunc scit d. dux. Si voluerit graciā, impetrabit. Si

noluerit, parata sunt illa, que ipsum in honore et bonis gravabunt. Omnino papa dabit omnia sua in predam, sed ex hoc non sequetur, nisi ecclesie mee ultima ruina. Spero tamen me visurum desideratum finem, nam iusticia ecclesie mee est nunc manifestata; eciam que negabantur, sunt patula. Hec est summa. Nec particulariora opus est nec 30 decet scribere. Et licet in peccuniis ultra triginta milia florenorum dux me gravaverit et in aliis dampnificaverit me et meos plus quam in sex milibus aut x¹⁰), tamen ultra hoc privilegia et libertates ecclesie penitus medio capituli abstulit, qui nunc habent castra et opida in suis manibus ad iussa d. ducis etc.¹¹⁾ Ego vocor adhuc d. et episcopus; ipsi autem dominantur. Omnia pro meliori. Ego deo teste non vellem non michi talia 35 evenisse. Gaudebam et sperabam me gloria morte pro iusticia diem ultimum clausum, sed non fui dignus. Nec sum ita pauper factus, quod non habeam decem milia florenorum. Et dimisi ecclesiam non imminutam, sed pocius per me adactam, licet in parvo.

Quid eveniet, r. p. v. in *⟨ultimo⟩* dierum percipiet. Casus gravissimus et michi molestissimus, qui accidit r. p. v., dum essem captus, michi fuit varie narratus. Ad finem quasi iam esset annus sexagesimus, in quo ex presagio cleris pati deberet¹²⁾, scio, quod iniustissime r. p. v. passa est sicut et ego. Ideo hoc presagium, si in nobis completum est, deo gracie maxime agende sunt. Quod r. p. v. maximas sit passa angustias, in meipso expertus sum. Quod sit plurimum in bonis, rebus, libertate et privilegiis passa, 45 similiter ex casu meo conicio, licet p. v. in scriptura illa subticeat. Capiamus igitur ex hiis consolacionem, et ad nostram doctrinam convertamus iniuriam.

Ego nunc certus sum, quod ecclesie per pontificum industriam non debent in temporalibus augeri, sed conservari, et que super conservationem adveniunt, quia pauperum sunt, non debent thesauris reponi, sed Christo in pauperibus assignari cuius 50 sunt.¹³⁾ Elemosine sunt, que temporalia ecclesie adaugere debent, non episcoporum thesaurisacio. Ideo michi hunc adversum casum advenisse gaudeo, quia doctior et dicior evasi. Volebam ecclesiam facere diciorem parcus distribuendo pauperibus.¹⁴⁾ Hunc errorem non tunc, sed modo video, nam non sum nisi in hoc punitus. Invidebat dux prospero successu*⟨i⟩* in temporalibus et addita abrasit, forte ne futurus dicior 55 magis peccaret. Sic expediebat. Nam non videmus diciores deo accepiores, sed pocius inpingwatos recalcitrantes. Et dum ad multas ecclesias respicio, utique que similiter uti ego temporalia, nisi sunt aliter quam per elemosinam adaugere, pauperiores reliquerunt.

Hec sic pro me consolacione et pace recitavi. Sumus igitur consolati invicem complices et congratulantes, quoniam per leves castigaciones deus nostram imperfectiōnem nobis ostendere voluit, ut caucius in eius servicio spirituali amplius omnem solicitudinem temporalem modificantes vigilemus, de qua maxime tamquam pastoralis officii cura deo rationem sumus reddituri. R. p., sepius queso michi aliqua rescribi, quia valde confortor, dum litteras vestras michi gratissimas recipio. In omnibus reperiar 6, pronus, que p. v. desideraverit, quam feliciter conservari oro et opto. Senis xi junii 1460.

Totus r. p. v. N. cardinalis sancti Petri

Reverendo in Christo patri domino Johanni episcopo Eystetensi, domino et amico
70 singularissimo.

¹⁾ Tegernseer Briefsammlung; s. umfassend Agethen, *Apographa epistolarum*.

²⁾ Offenbar ein Bericht über den Überfall Hg; Ludwigs IX. von Bayern-Landsbut auf B. Johann von Eichstätt am 13. April 1460. S. dazu oben Nr. 6157 Anm. 1.

³⁾ Der Papst hielt sich in den Bädern von Macerato auf; s.o. Nr. 6217 Anm. 4.

⁴⁾ S.o. Nr. 6104.

⁵⁾ NvK und seine Anhänger vertraten die Aufassung, das zwischen Fehdeansage und Aufnahme der Feindseligkeiten ein Monat verstreichen müsse; vgl. oben Nr. 6193 Anm. 34.

⁶⁾ S.o. Nr. 6169 (1460 April 18).

⁷⁾ S.o. Nr. 6203 (1460 April 29).

⁸⁾ Zur Haltung des Kaisers s.o. Nr. 6236.

⁹⁾ S.o. Nr. 6104 (1460 Januar 31).

¹⁰⁾ Die Rechnung beruht auf der Wegnahme des Gerichts Taufers, das NvK 1456 für 30.000 fl. gekauft hatte, sowie der Zahlungsverpflichtung über 10.000 fl., von denen 6000 fl. bereits getätigkt wurden. S.o. Nr. 6169.

¹¹⁾ Zur Übernahme der Hochstiftsburgen durch das Domkapitel s.o. Nr. 6175.

¹²⁾ NvK bezieht sich bei dem presagium möglicherweise auf die „Visio Gigebaldi“, die für das Jahr 1460 Gewaltausbüche zwischen weltlichen und geistlichen Fürsten voraussagte; s. F.C. Kneupper, *The empire at the end of time. Identity and reform in late medieval German prophecy*, New York, NY 2016, 63. Eine andere weit verbreitete anonyme Prophezeitung sagte für das Jahr 1460 (zunächst 1401) das Schreckensregiment eines kleinen Königs voraus, der u.a. den Klerus peinigt; vgl. T. Struve, *Utopie und gesellschaftliche Wirklichkeit. Zur Bedeutung des Friedenskaisers im späten Mittelalter*, in: *Historische Zeitschrift* 225 (1977) 65-95, hier 82-84 mit Nachweisen bei Hildegard von Bingen und Eberhard Windecke; C. Pfaff, *Klerus und Laien im Spiegel der „Reformatio Sigismundi“*, in: E.C. Lutz/E. Tremp (Hg.), *Pfaffen und Laien – ein mittelalterlicher Antagonismus?* Freiburger Colloquium 1996 (Scrinium Friburgense 10), Fribourg 1999, 191-207, hier 192. Eine Prophezeitung in Reimform auf das Jahr 1460 über den Niedergang des Klerus hinterließ Michael Beheim; ed. H. Gille/I. Spriewald, *Die Gedichte des Michel Beheim. Nach der Heidelberger Hs. cpg 334 unter Heranziehung der Heidelberger Hs. cpg 312 und der Münchener Hs. cgm 291 sowie sämtlicher Teilhandschriften*, Bd. I, Berlin 1968, 384-390, hier bes 387 Z. 97f.: Und etlich cardinele werden gevangn, etlich getöt. Der Kartäuser Johannes Hagen schrieb zwei nicht erhaltene Traktate gegen die in Franken kursierenden Prophezeiungen über die im Jahre 1460 zu befürchtenden Ereignisse; s. Klapper, *Johannes Hagen I* 75.

¹³⁾ Dies forderte beispielsweise Dionysius der Kartäuser; s. *De vita et regimine praesulum*, in: *Doctoris ecstati D. Dionysii Cartusiani Opera omnia . . . , tom. XXXVII: Opera minora*, Tornaci 1909, 11-57, hier 53.

¹⁴⁾ Vgl. die Ausgaben für Almosen in den Brixner Raitbüchern; s.o. AC II 7, 2161 s.v.